

105

Serenissime & Potentissime Rex
Domine Clementissime

No 27.

Desiderium, quod gero Investituram Ducatum meorum
quantocius recipiendi, Sacra Regiae Majestati Vestrae
ex literis, quas binis jam vicibus, alio et
ad eandem transmisi, sufficienter notum esse, certum
arbitror. Cum vero tempora hodierna, ob continuationem
Pestis, adeo luctuosa & feralia adhuc sint, ut nullibi
ferè locorum Domicilium & Iter securum sit & tutum,
ea propter invincibilem jam praevideo impossibilitatem
Intentionem hanc meam, ex cordis voto obtinendi.
Ne tamen ulla mihi unquam culpa, quasi id quod
mei officii neglexerim, imputari queat, denuo quidem
à Gratia Seren. R. Maj. Vrae, certum pro recipienda
dicta Investitura Terminum, eam quae Feudatarium

106

Principem fidelem decet Submissione exopto, in simul tamen
instantissime petendo, ut Serenissima Regina Mater Vra gratiosè
dignetur, eundem, ob presentem rerum situationem,
ultra annum & diem, & eousq; extendere, quo debitam
cum securitate, ob feliciora quae exoptantur & speran-
tur Tempora, actus iste effectui dari & celebrari
queat. Spes me fovet certissima Serenissimam Regiam Matrem
Vram, de cuius propensa erga me & commoda mea
Voluntate, tot tantaq; jam possideo Documenta, precibus
hiscè meis admodum iustis, sine ullo gravamine
consensuram; Cumq; super hoc, aquam & faventem
Serenissimae Regiae Matris Vrae resolutionem summis exopto votis
quo sic tempestivè ceditis, rebus meis consulere possim,
ita de cetero à Deo Serenissimae Regiae Matris Vrae omnia
lata faustaq; impensè adprecor, me verò Regiae
Clementiae & Protectioni commendo, & summo
cultu ac obsequio per Vita mea curriculum

107
manco. Dabantur St. Petriburgi die 2^{do} Septembris
Anno. M. DC. X.

Sacrae Regiae Majestatis Vestrae

Devotissimus et fidelissimus
Servitor
Fredericus Wilhelmus R

Fridericus Wilhelmus Dux
Saxoniae ad Serenissimum Re-
gem d. 2da Septembris 1711